



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Vigesima secunda causa. Iurantes falsum damnat bisdena secunda.  
Quinq[ue] quæstiones vigesimæ secundæ causæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

QVÆSTIO V.

Sum vero Episcopum relinquere, et ab officio suo discedere, atq. ad secularium iudicem confugere nulli licet.

C. I. Clericus ad iudicem secularium confugiens de communione ecclesie depellatur.

Unde in Agathensi concilio, c. 8. legitur.

Placuit, ut clericus, si relicto officio suo propter distractionem ad secularium iudicem, fortasse confugerit, & is, ad quem recurrit, solatio ei defensionis impenderit, cum eodem de ecclesie communione pellatur.

¶ Iudicem.] Sic recentioribus conciliorum Colonienfibus edumibus; sed a veterioribus, & codicibus Vaticanis, & capitulari adest vox ista.

C. II. Presbyter vel Diaconus ab Episcopo depositus Imperatorem non adeat.

Item ex concilio Antiocheno, l. 1. cap. 17.

¶ Si quis a proprio Episcopo depositus Presbyter vel Diaconus, aut etiam si a synodo quilibet Episcopus fuerit exautoratus, molestiam Imperialibus auribus inferre non presumat, sed ad maiorem Episcoporum synodum sese convertat, & quæ se putat habere iusta, in eorum concilio allegat, atque ab his de se expectet, quæ fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed importunus fuerit Imperatori, huiusmodi nullam veniam habeat, neque locum ullius assertionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

C. III. Non defensetur ab aliquo, qui Episcoporum iudicio damnatur.

Item ex concilio Carthaginensi V. cap. 2.

¶ Si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio Episcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat cum sine ab ecclesiis, quibus profuit, sive a quolibet homine defensari: interposita poena damni pecunie, atque honoris; quo nec atatem, nec sexum excusandum esse præcipimus.

C. IV. Communione privetur, qui ecclesiastica disciplina regulam suam dispendere presumit.

Item ex concilio Arelatenfensi, cap. 2.

¶ Si forte aliquis clericorum regulam disciplina ecclesiastica subterfugiens fuerit evagatus, quicunque eum susceperit, & non solum Pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defendere presumpserit, ecclesie communione privetur.

C. V. Spe reconciliationis caveat, qui ab Episcopis condemnatus Imperatorem adierit.

Item ex concilio Martini Papæ 2. cap. 31.

¶ Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus excommunicatus, aut in concilio iniuste se queritur condemnatum, aut maiorem i. Episcoporum synodum revertatur, & eorum inquisitionem, & iudicium expectans, si quas se iustas causas habere putat, illis exponat. Si autem contempserit, & importans se palatio, aures Principum in quietate voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque spem futuræ reconciliationis habebit.

¶ Majorum.] Antea legebatur, majorum Episcoporum concilium. Emendatum est ex codice Lucensi regio, quoniam emendat cum Codice Antiocheno sup. ea si qui a proprio, unde videtur suspicari.

a In Cap. l. 2. cap. b Et in Aquiligran. c. 74. c Bur. l. 2. c. 10. d Devis. l. 1. p. 4. e In Capitulis synod. Graec. Mar. Bracar. cap. f Concord. supra. cap. si qui a proprio. g al. importunus.] al. importunus palatio.

C. VI. Episcoporum causa coram Principibus examinari non debent.

Item Gregorius Constantina Augustæ, lib. 4. c. 17. 1. 4.

¶ Si a Episcoporum causæ mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrociniis disponuntur, infelix ego in ecclesia ista quid facio? Sed ut Episcopi mei despiciant, & contra me refugium ad seculares iudices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter suggero, quia aliquantulum expecto, & si ad me diu venire distulerint, exercere in eos a distractionem canonicam nullo modo cessabo.

¶ In vulgatis & plerisque manuscriptis legitur, Constantino Augusto. Emendatum est ex uno versu Gratiani, & altero epistolæ Gregorii: licet in editionibus illarum sit, Constantina Augustæ. Nam vocem Mauriti Imperatoris, ad quam scribit B. Gregorius, Constantina vocatam esse testantur Zonaras, Nicephorus, Cedrenus, & Anastasius bibliothecarius: & Ioannes Diaconus in vita B. Gregorii l. 3. numer. 1. referens epistolam, ex qua sumptum est hoc caput, Constantina Augustæ scriptam asserit.

CAUSA XXII.



Vidam Episcopus iuravit falsum, quod putabat verum: quo comperto, Archidiaconus eius iuravit se nunquam profuturum ei obedientiam. Compellitur Archidiaconus ab Episcopo ad exhibendam sibi consuetam reverentiam. Accusatur Episcopus de duplici perjurio, & de eo, quod falsum iuravit, & quia Archidiaconum ad pejerandum compellit.

- 1. Primo queritur, an iuramentum sit præstandum, an non.
2. Secundo, si sit perjuris, qui iuravit falsum, quod putabat verum.
3. Tertio, si licuit Archidiacono denegare Episcopo consuetam obedientiam.
4. Quarto, si constiterit esse illicitum quod iuravit Archidiaconus, an sit servandum.
5. Quinto, si constiterit illud servandum esse, an Episcopus sit reus perjurii, qui contra iuramentum Archidiaconum suum ire compellit.

QVÆSTIO I.

¶ Quod iuramentum præstandum non sit, auctoritate Canonica scriptura probatur. At enim Christus in evangelio discipulo, dicit [Sit sermo vester, EST, EST, non non: quod autem amplius est, a malo est.] Item Iacobus c. 5. epistolâ [Ante omnia fratres mei nolite iurare omnino.] Utraq. auctoritate iuramentum prohibetur præstare. Sed aliud est ad iuramentum sponte accedere, aliud, vel ad præstandam innocentiam suam, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad persuadendum auctoribus, quando pigri sunt credere, quod eis utile est iuramentum offerre. Primum prohibetur, secundum conceditur. Non enim iurare omnino peccatum est.

C. I. Iuramentum pro fœdere pacis est faciendum.

Unde in concilio Toletano VIII. c. 2. legitur.

¶ Omne f. quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum iuramenti hoc interpositio reberat. Sed & omne quod amicorum animos conciliat, tunc fidelius & durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omne etiam quod testibus h. stipulatur, tunc verius constat, cum id adjectio iurationis affirmat. Quod si & testis r.

a Ioan. Diac. l. 2. c. 51. b al. distulerit. orig. c. in eo. orig. d. Matt. 5. e. Iac. 5. f. lvo p. 12. a. 2. Pann. l. 2. ca. 17. g. al. fixius. h. al. testis.

deficiat, innocentis fidem sola iurandi taxatio manifestat.

¶ Si & testis] In vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & uno monasterii Dominicanorum datur. Quod et si gestis deficiat, nocentis fidem, &c. Sed recentiores editiones Colonenses, & codex Lucensis regius habent, ut Gratianus, & Ivo, & Pamormia.

C. II. ¶ Iuratio non est prohibenda, nec tanquam bonum appetenda.

Item Augustinus a super epistolam ad Galatas, cap. 1. in fine.

Non est contra preceptum iuratio, quæ a malo est, non iurantis, sed incredulitatis eius, cui iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse à iurando, ut quantum in ipso est, quisque non juret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum, aut suave aliquid. Nam utique Apostolus noverat preceptum Domini, & iuravit tamen. Non enim audiendi sunt, qui has iurationes esse non putant. Quid enim facient de illa? [Quotidie est morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo IESU Domino nostro:] quam Græca exemplaria manifestissimam iurationem esse conviunt. Prohibemur ergo iurare cupiditate, aut delectatione d iurandi. Quamvis enim iuramentum est amplius sit, quam est, est, non, non, & ideo a malo sit, non tamen a malo tuo, sed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter moventur ad fidem.

¶ Prohibemur ergo] Apud B. Augustinum, & ceteros collectores hic locus ita habet. Quantum ergo in ipso est, non iurat Apostolus: non enim appetit iurationem cupiditate aut delectatione iurandi. Amplius enim est quam est, est, non, non, & ideo a malo est, sed infirmitatis, &c.

C. III. ¶ Pejorare peccatum est non iurare.

Item Augustinus in epist. 154. ad Publicolan.

In novo Testamento dictum est, ne omnino iuremus. Quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia verum iurare peccatum est, sed quia peiorare immane peccatum est, a quo longe nos esse voluit, qui omnino ne iuremus, admonuit.

C. IV. ¶ In necessariis verum iurare peccatum non est.

Idem in sermone trigesimo de verbis Apostoli.

¶ Noveritis verum iurare non esse peccatum, invenimus & Apostolum Paulum iurasse: [Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo IESU Domino nostro.] Per vestram gloriam iuratio est. Non enim facit, per vestram gloriam morior, quasi vestra gloria me facit mori, quomodo si diceretur per venenum, per gladium, per bestiam, per inimicum, mortuus est; intelligeretur faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno mortuus est.

¶ Per venenum] Apud B. Augustinum & Bedam sic legitur, quomodo si diceret, per venenum mortuus est, per gladium mortuus est, per bestiam mortuus est, per inimicum mortuus est, id est, faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno, & similia: Non sic dixit per vestram gloriam.

C. V. ¶ Nec tanquam bonum appetendum, nec tanquam malum, iuramentum est vitandum.

Idem de sermone Domini, lib. 1. c. 30.

Ita ergo precepisse Dominum intelligitur ne iure-

a Et Beda 1. Cor. 15. b Sent. 3. dist. 39. Poly. 1. 6. tit. 11. Ivo p. 12. c. 3. Pam. 1. 8. c. 84. c 1. Cor. 15. d al. in thesaurone. e Matt. 5. f Ivo p. 12. c. 4. Pam. 1. 9. c. 85. g Matt. 5. h Beda 1. Cor. 15. Poly. 1. 6. tit. 11. i 1. Cor. 15.

tur, ne quisquam sicut bonum appetat iurandum, et assidue iurandi ad perjurium per consuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis iurationem habendam, refranet se quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitas e cogat: videlicet cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis utile est credere, nisi iuratio firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod sic dicitur b [Sit autem sermo vester, est, est, non, non.] Hoc bonum est, & appetendum: [Quod autem amplius est, a malo est:] id est, si iurare cogaris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades, quæ infirmitas utique malum est: unde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus: c [Libera nos a malo.] Ita que non dixit, quod autem amplius est, malum est. Tu enim d non malum facis, qui bene uteris iuratione.

C. VI. ¶ Iurare non est peccatum.

Idem ibidem continenter.

¶ Et malum non facis, qui bene uteris iuratione, quæ est i non bona, tamen necessaria est, ut alteri peris deas, quod utiliter persuadeas. Sed a malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris.

¶ Quæ est] Apud B. Augustinum post ultima verba patris procedenti, bene uteris iuratione, sequitur continenter, quæ est non bona, &c. quemadmodum & in suo per verba Gratiani codice, in quo hæc duo capita non sunt distincta.

C. VII. ¶ Per Deum iurare permittitur, non per idola iuratur.

Item Hieronymus super Hierem. ad c. 4.

¶ Jurabunt, vivit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in justitia: & benedicent eum gentes, ipsæque laudabunt. Quomodo ergo Evangelium iurare non prohibet? Sed hic, [Jurabis] pro confessione dicitur, ad condemnationem idolorum, per quæ jurabat Israel. Denique auferuntur offensiva, & iuratur per Dominum, quodque dicitur: [vivit Dominus] in testamento veteri iurandum est, ad condemnationem mortuorum, per quos jurat omnis idololatra.

¶ Et jurabunt] Apud Hieremiam capit. 4. legitur, Jurabis: verum quæ est vitium capiti, non est mutatum: sed paulo post repositum est, jurabis, ubi antea legelatur, iuramentum.

C. VIII. ¶ Infirmitate iurare conceditur.

Item Hieronymus super Mattheum lib. 1. in cap. 5.

¶ Considera quod hic Salvator non per Deum iurare prohibuit, sed per cælum, & terram, & Hierosolimam, & per caput tuum. Et hoc quasi parvalis fuerat lege concessum, ut quomodo victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent, sic & iurare permittentur Deo: non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere, quam Dæmonibus.

C. IX. ¶ Excommunicatur clericus per creaturas pertinaciter iurans.

Item ex concilio Carthaginensi IV. c. 61. & 62.

¶ Clericus h per creaturas iurantem, acerrime obijurgandum, si persistit in vitio, excommunicandum. Inter epulas verò cantantem, supradictæ sententiæ severitate coercendum decernimus.

C. X. ¶ Clericus deponatur, laicus anathematizetur per capillum, vel caput Dei iurans.

Item Pius Papa.

¶ Si quis per capillum Dei, vel caput iuraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, et

a necessitate eum videt.] orig. b Matt. 5. c Matt. 5. d al. autem. e Ivo p. 12. c. 3. Pam. 1. 8. c. 84. f Sent. 3. dist. 39. Ivo p. 12. c. 6. Pam. 1. 9. c. 85. h Bur. 1. 2. c. 170. & 175. Ivo p. 6. c. 266. & 267. i Bar. 1. 11. c. 1. ecclesia dicitur



ecclesiastico ordine est, deponatur, si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturam iuraverit, acerrimè castigetur, & iuxta id quod synodus didicaverit pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quin divina condemnatione cœreatur. Sed si Episcopus ista emendare neglexerit, acerrimè a corripatur.

¶ Similiter habentur Novella 77. apud Iulianum antecessorem, sed non pro suis eadem. Quare apud Ivonem Novella locum affertur p. 12. c. 31. hoc autem caput refertur c. 72. ex decretis Pii, quemadmodum & apud Burchardum.

¶ 2 pars. Queritur quis magis teneatur, an ille qui per Deum, an ille qui super sacra Evangelia iurat.

Huc quaestioni Ioannes Chryostomus b respondet, dicens.

C. XI. ¶ Non est majus per Evangelium, quam per Deum iurare.

S I aliqua causa fuerit, modicum videtur facere, qui iurat per Deum. Qui autem iurat per Evangelium, magis aliquid fecisse videtur. Quibus similiter dicendum est: fuit, scripturæ sanctæ i propter Deum sunt, non Deus propter scripturas.

¶ Sancta] Sic est emendatum ex aliquo vetustis, & originis, & Polycaepo. Antea legebatur, facta.

C. XII. ¶ Non solum in altari, vel reliquiis, sed etiam in communi loquela perjurium caveatur.

Item Hieronymus.

H Abemus a in lege Dei scriptum: [Non pejerabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui in vanum.] Ideo admonendi sunt omnes, ut diligenter caveant perjurium, non solum in altari, seu sanctorum reliquiis, sed etiam in communi loquela.

¶ Burchardus & Ivo citant ex dictis Hieronymi, apud quem nulli inventum, sed in Capitularibus lib. 1. c. 69.

C. XIII. ¶ Non prohibet Deus iurare, sed pejerare.

Item Isidorus, sententiarum lib. 2. c. 37.

N On est contra Dei præceptum iurare, sed dum jurandum facimus, perjurii crimen incurrimus.

C. XIV. ¶ Iuratio non est peccatum.

Item Augustinus de verbis Apostoli, sermone 28. al. 30.

¶ Peccatum est iuratio, nec in vetere lege diceretur, [Non pejerabis; reddas autem Domino iuramenta tua.] Non enim peccatum præcipitur nobis. Item j.

¶ Non vobis dicimus nos non iurare. Si enim hoc dicimus, meminitur. Quantum ad me pertinet, iuro, sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus, cum videro non mihi credi, nisi faciam, & ei qui mihi non credit, non expedire, quod non credit. Hac perpensa ratione, & consideratione librata, cum magno timore dico: [Coram Deo] aut [testis est Deus,] aut [scit Christus] sic esse in animo meo: & video, quia plus est, id est, quia amplius est, quam est, non, non. Sed quod amplius est, a malo est: etiam non a malo iurantis, a malo est non creditis.

¶ 3 pars. Ex præmissis colligitur, quod iurare non est peccatum: non tamen tanquam bonum est appetendum, ne consuetudine iurandi labamur in perjurium. Sed cum dicatur procedere a malo non credentis, videtur, quod est iurare peccatum non sit iuramentum tamen recipere malum sit. Sed nomine mali non malum, sed peccati pena intelligitur. Ex panali enim infirmitate incedentibus illa processit, quâ ad iurandum compellimur.

¶ 2 alia synodus. Bore. b Auctor operis imperfecti in Matth. hom. 4. p. 3. dist. 39. c Poly. lib. 6. tit. 11. Capitul. l. 1. cap. 69. d Bar. l. 12. cap. 1. l. 10. p. 2. c. 59. Levit. 19. e Poly. lib. 6. tit. 12. Ezech. l. 12. c. 10. p. 12. cap. 7. Pamm. l. 8. c. 88. Levit. 19. f al. iust. iurandum tuum. Ivo part. 12. cap. 3. Pamm. l. 8. c. 89. Poly. ca. 6. tit. 11.

ipsum autem iurare, sicut peccatum non est, ita iuramentum ab aliquo recipere malum non est.

C. XV. ¶ Iuramentum accipere non prohibetur.

Unde Augustinus scribit ad Publicolam, epist. 15. 4.

Q uamvis a dictum sit, ne iuremus, nusquam me in scripturis sanctis legisse memini, ne ab aliquo iuramentum accipiamus.

¶ 4 pars. Sed queritur, an sit utendum fide ejus, qui per demonia iurat. De his ita scribit Augustinus eadem epist. 15. 4. ad Publicolam.

C. XVI. ¶ Licet uti fide ejus, qui, ut eam servet, per demonia iurat.

M ovet b te, utrum ejus fide utendum sit, qui, ut eam servet, per demonia iuraverit. Vbi te volo prius considerare, utrum si quispiam per Deos falsos iuraverit se fidem servaturum, & eam non servaverit, non tibi videatur bis peccasse? Si enim tali iuratione promissam servaret e fidem, idè tantum peccasse iudicaretur, quia per tales Deos iuravit. Illud autem nemo reprehenderet, quia fidem servavit. Nunc vero, quia & iuravit per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit quod non debuit, bis utique peccavit: ac per hoc, qui utitur fide illius, quem constat iurasse per Deos falsos, & utitur non ad malam rem, sed ad licitam & bonam, non peccato ejus se sociat, quo per demonia iuravit, sed bono pacto ejus, quo fidem servavit. Neque enim hic eam d fidem dico servari, quâ fideles vocantur, qui baptizantur in Christo. Illa enim longè alia est, longèque discreta à fide humanorum placitorum atque pactorum. Veritamen sine ulla dubitatione minus malum est per Deos falsos e veraciter iurare, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur, magis est sanctum, tantò magis est poenale perjurium. ¶ Alia ergo quaestio est, utrum non peccet, qui per falsos Deos sibi iurari facit; quia i ille, qui ei iurat, iurat per Deos falsos, quos colit. Cui quaestioni possunt illa testimonia suffragari, quæ ipse commemorasti de Laban f & Abimelech, si tamen Abimelech per Deos suos iuravit, sicut Laban per Deum Nachor. 2

¶ 1 ¶ Quia ille] In epistola B. Augustini excusis legitur, quando ille, qui ei iurat, falsos Deos colit. In codice eandem Vaticano, quando ille, qui ei iurat, falsos Deos colit: in editione Frobeniana, & apud Ivonem, quia ille, qui ei iurat, falsos Deos colit.

¶ 2 ¶ Nachor] Sic est emendatum ex loco ipso Genesis, Ivone, & uno vetusto Gratiani codice, in cuius quidem vulgatis erat, per Deum Sochet: in B. Augusti autem, per Deum Iacob.

Sic etiam cum in libro g Machabeorum Romani leguntur pacem firmasse cum Iudæis, intelligendi sunt iurasse per falsos Deos, sicut & Iudæi iuraverant per Deum verum. Sic etiam de iuramento, quod sit per creaturas, intelligendum est: quod ipsum quidem iurare per creaturas malum est, quia a Deo prohibitum est, sed servare quod iuratum, bonum est, ut evitetur peccatum mendacis & dolosivati. ¶ Sed h obicitur, quod Ioseph vir sanctus per creaturas iuravit, dum dixit fratribus suis: [Per i salutem Pharaonis non exhibitus hinc.] ¶ Sed sciendum est, quod sancti non tam per creaturas, quam per auctorem creaturarum iurabant, nec in creaturis aliud, quam creatorem ipsarum venerabant: sicut Ioseph, qui per Pharaonem iurando, hoc in eo veneratus est, quod Dei iudicio positus erat in risimis h. Unde Apostolus 1 ait, [Omnis potestas a Deo est.] Item Christus Pilato: m [Non haberes in me potestatem, nisi esset tibi datum desuper.] Deus autem per creaturas iurare prohibuit, ne vel more gentilium aliquid numen deitatis

¶ a Ivo p. 12. c. 4. Sent. 3. dist. 39. Anst. l. 1. c. 75. b Ivo par. 12. cap. 37. Pamm. l. 8. c. 117. Poly. l. 6. tit. 11. c al. custodierit. d al. eandem. e al. Deum falsum. f Gen. 31. & 37. g 1 Mach. 8. h Sent. 3. dist. 39. i Gen. 42. k al. Memphis. l Rom. 14. m Ioan. 19.

creaturis inesse crederetur, vel ne creaturas contemptibiles iudican-  
do, per eas promissa pro nihilo ducremus. Sed quaeritur, quid gra-  
vius sit, an per creaturas, an per creatorem iurare fallaciter? Du-  
pliciter enim verus est, qui per creaturas iurat mendaciter, quia &  
contra prohibitionem iurat, per quod sibi iurare non licet, (a quo  
peccato est immunis, qui non nisi per creatorem iurat,) & proxi-  
mum dolo capit, quod facit etiam per creatorem mendaciter iurari.  
Sed si per iuramentum tantum magis poenale est, quanto sanctius illud est,  
per quod iuratur, apparet, quod est per creaturas mendaciter iurans  
dupliciter peccet, gravius tamen se subijcit poena, qui per creatorem  
iurat mendaciter.

¶ pars. Perjuri autem poena gravissima est: quam si quis  
timens, ad confessionem venire noluerit, a fidelium consortio est ab-  
solvendus.

C. XVII. ¶ Fidelium consortio careat, qui pani-  
tentiam perjuri agere noluerit.  
Unde Eutychanus Papa.

**P**radicandum est etiam, ut perjurium fideles ca-  
veant, & ab hoc summpere abstineant, scientes hoc  
grande scelus esse, & in lege, & in Prophetis, & in Evan-  
gelio prohibitum. Audimus enim quosdam parvi pen-  
dere hoc scelus, & levem quodammodo perjuri poeniten-  
tiae modum imponere: qui nosse debent talem de perju-  
rio poenitentiam imponi debere, qualem & de adulterio,  
& de fornicatione, & de homicidio sponte commissio, & de  
caeteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato perju-  
rio, aut quolibet criminali peccato, timens poeniten-  
tiam longam, ad confessionem venire noluerit, ab ec-  
clesia repellendus est, sive a communione & consortio fi-  
delium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque i-  
oret, neque in domo sua eum recipiat.

¶ Burchardus etiam, Polycarpus, & Ivo citant ex Eutychiano.  
Inventum vero est inter quaedam capitula Theodulphi Episcopi Au-  
relanensis ad suos Presbyteros scripta, cap. 16. quae in antiquo codice  
Roma habentur.

¶ Neque oret] Additum id est ex Theodulpho, Burchar-  
do, & Ivo.

QVÆSTIO II.

**Q**uod autem perjurium sit falsum iurare, facile probatur.  
Aut enim Augustinus in libro Psalmorum super [Do-  
mini est terra.]

C. I. ¶ Pejerat qui aliter facturus est quam  
promittit.

**I**n dolo iurat, qui aliter facturus est, quam promittit,  
cum perjurium sit, nequiter decipere credentem.

¶ Quod hic citatur ex B. Augustino in glossa interlineari Psal-  
mi 23. in vers. Nec iuravit in dolo. referunt in Castore.

C. II. ¶ Quis debeat habere comites iusu-  
randum.

Item Hieronymus super Hieremiam, lib. 1.  
ad c. 4.

**A**nimadvertendum est, quod iusjurandum hos  
habet comites, veritatem, iudicium, atque iusti-  
tiam. Si ista defuerint, nequaquam erit iusjuramentum,  
sed perjurium.

Item, qui falsum iurat, mentitur. Mentiendo autem iurare  
nihil aliud est, quam pejerare. ¶ Cum ergo omnes, qui loquun-  
tur mendacium, perdendi sint, iuxta illud Psalmista: d [Per-  
des omnes, qui loquuntur mendacium.] multo magis dama-  
biles sunt, qui mentiendo pejerare concitantur, quia nomen  
Dei sui in vanum assumunt. ¶ Sed est aliud est falsum iura-  
re, aliud iurare in dolo. Non enim omni qui aliter facturus est  
quam promittit, in dolo iurat. Licet enim Apostolus aliter fa-  
cturus esset, quanto promitteret Corinthus in prima epistola,

a Poly. l. 6. tit. 11. Anst. l. 11. c. 71. Bur. d. 12. c. 14. Ivo p. 12. cap. 7.  
b al. panitentia longam artemans. c Sent. 3. dist. 39. lvo  
p. 12. c. 22. Pan. d. 8. c. 127. d Psal. 1. e Sent. ibid.

a cum ait, [Veniam ad vos,] non tamen in dolo iuravit, aut men-  
daciter promissit. Ille enim in dolo iurat, aut mendaciter promit-  
tit, in cuius mente est, non sic se facturum ut promittit. Ille au-  
tem, qui promittit falsum, quod putat verum, nec in dolo iurat, nec  
mendaciter promittit.

C. III. ¶ De eo qui iurat falsum, quod putat  
verum.

Unde Augustinus de verbis Apostoli, serm. 21.  
al. 30.

**H**omines b falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum  
falluntur. Aut enim putat homo verum esse quod  
fallum est, & temerè iurat: aut scit, vel putat fallum esse,  
& tamen pro vero iurat, & nihilominus cum scelerè  
iurat. Distant autem e ista perjuria quae duo commo-  
moravi. Fac i illum iurare, qui verum putat esse, pro  
quo iurat, verum putat esse, & tamen fallum est, non ex  
animo iste pejerat d, fallitur: hoc pro vero habet, quod  
fallum est, non pro re falsa sciens iuramentum interponit.  
Da alium qui scit fallum esse. Videtis, quam ista dote  
standa sit bellua, & de rebus humanis exterminanda.  
Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia detestatur.  
Fac alium, qui putat falsum esse, & iurat tanquam  
verum sit, & fortè verum est. Verbi gratia (ut intelli-  
gitis) pluit in illo loco: interrogas hominem, & putat non  
pluisse, & ad negotium ejus competit, ut dicat, pluit, &  
putat non pluisse: Dicitur ei, verè pluit verè & iurat,  
& tamen pluit tibi, sed ille nescit, & putat non pluisse,  
perjurus est. Interest, quemadmodum verbum pro-  
cedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi mentis  
rea.

1 ¶ Fac illum] Sicetiam apud Ivoem, & in uno Vairani  
codice sermonum B. Augst. & in Antuerpatione. Non in  
aliis est, facilius iurat.

2 ¶ Et iurat] Addita haec sunt ex originali & Ivoem, ut  
hic sit integer. Necessè enim est procedere iuramentum, ut qui  
perjurus dicitur, cuius iuramentum in codicibus Gratiani nulla est  
mentio. Alia etiam nonnulla sunt emendata.

Quia ergo mens hujus non erat rea (nesciebat enim fallum esse,  
quod iuravit esse verum) nec temerè, vel negligenter, sed cum ma-  
gna diligentia videbatur sibi deprehendisse verum; quod iuravit  
falsum, perjurius res nequaquam est iudicandus. Item quod di-  
citur, qui falsum iurat, mentitur, non univèrsaliter hoc iudicari de-  
bet. Non enim omni qui falsum dicit, mentitur: sicut nec omni  
qui mentitur, falsum dicit.

C. IV. ¶ Non est mentiri, dicere falsum,  
quod putat verum.

Unde Augustinus in Enchiridion, c. 22.

**I**s e autem, qui mentitur ea, contra id, quod animo  
sentit, loquitur voluntate fallendi. ¶ Erutique ver-  
ba propterea instituta sunt, non per quae se invicem ho-  
mines fallant, sed per quae quisque in alterius notitiam  
cogitationes suas proferat. Verbis ergo uti ad falli-  
ciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec  
ideo ullum mendacium putandum est non esse pecca-  
tum, quia possumus aliquando alicui prodesse men-  
tendo. Possumus enim & furando, si pauper, cui pau-  
sam datur, sentit commodum, & dives, cui clam tolli-  
tur, non sentit incommodum, & nec ideo tale furtum  
quisquam dixerit non esse peccatum. ¶ No-  
mo f mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod  
putat verum: quoniam, quantum in ipso est, non fallit  
ipse, sed fallitur. Non itaque mendacii, sed aliquando  
temeritatis arguendus est, qui falsi incautus creditur  
ac pro veris habet: potiusque e contrariò, quantum in  
ipso est, mentitur ille, qui dicit verum, quod putat fal-  
sum. Quantum enim ad animum ejus attinet, quia non

a 1. Cor. 16. b Sent. 3. dist. 39. lvo p. 12. c. 39. Pan. l. 1. c. 101.  
c al. tamen. d al. perjurat. e orig. e al. Omnia. f orig.  
Sent. 3. dist. 38. g Sent. ibid. Pan. d. 8. c. 127. Ivo p. 12. c. 21. g  
dita pro veris habet. orig. quod



quod sentit, hoc dicit, non verum dicit, quamvis verum invenitur esse quod dicit. Nec ullo modo liber est à mendacio, qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis, de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis, melior est, qui nesciens falsum dicit, quoniam id verum putat, quam qui mentiendi animum sciens gerit, nesciens verum esse quod dicit.

C. V. ¶ Non mentitur, qui amicum fallendi non habet.

Item Gelasius Papa.

Beatus Paulus Apostolus non ideò (quod absit) sefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam cum ad Hispanos se promississet iurum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis, implere non potuit quod promissit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere. Quantum enim ad divini secreti consilium (quæ, ut homo, omnia non potuit, licet spiritui Dei plenus, agnoscere) superna pretermisit dispositione preventus. Nec quia B. Petrus Apostolus pro affectu divinæ reverentia ipsi Domino respondit: « [Non lavabis mihi pedes in æternum,] sefellisse (quod absit) aut in sua putabitur minimè consilium sententia, quia mox eidem divinæ voluntati cessavit, & quod se dixerat non esse facturum, causis astrictus humane salutis, passus est prona voluntate faciendum.

¶ pars. Ne ergo falsum jurando mentitur, qui scit falsum esse quod jurat. Est enim mendacium (ut Augustinus b ait) falsa significatio verbi, non voluntate fallendi. Sed cum fallere semper sit voluntas, falli autem, vel infirmitatis, vel temeritatis, gravior autem sit quod ex voluntate, quam quod ex temeritate, voluntate præcedit: aliquando contingit falli vel nullum, vel minimum esse peccatum: aliquando ex ipsa verum varia consideratione minus esse fallere, quam falli.

C. VI. ¶ Falli in his que ad fidem non pertinent, aut parvum, aut nullum est peccatum.

Unde Augustinus in Enchiridion, c. 21.

In quibus rebus nihil interest ad capefendum Dei regnum, utrum credatur, an non, & utrum vera sine sunt, an falsa: in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrarium est esse peccatum, aut si est, minimum esse atque levissimum.

C. VII. ¶ In his que ad fidem pertinent, gravior est falli, quam alius decipere.

Idem in Enchiridion, c. 18.

In ipsarum consideratione rerum, quæ dicuntur, tantum interest, quia sine quis fallatur, sive mentiat, ut tuncque e falli, quam mentiri, minus est malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longè tolerabilis est in his, quæ à religione sejuncta sunt, mentiri, quam in his, sine quorum fide vel notitia Deus coli non potest, falli.

¶ Apud B. Augustinum, nec multò aliter apud Ivo nem legitur, in ipsarum autem, quæ dicuntur, consideratione rerum tantum interest, quia in re quisque fallatur, sive mentiat, ut cum falli, quam mentiri minus sit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longè tolerabilis sit in his, &c. Verum ob glossam in vers. ut tuncque, al. ubiqueque, non est mutatum.

¶ 3 pars. Item quod dicitur f [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium,] non de omni mendacio intelligendum est. Sunt enim quædam mendacia, in quibus est aliqua culpa, non tamen damnabilia sunt: imò tanquam non mendacia habenda

¶ a. l. c. 11. b. In libro ad Consentium contra mendacium, cap. 12. c. lvo p. 12. c. 48. Pann. l. 8. c. 125. d. Sent. 3. dist. 39. lvo p. 12. c. 48. Pann. l. 8. c. 125. lvo part. 12. c. 51. e. al. ubiqueque. f. p. 12.

¶ sunt. Sicut & alia mendacia, quæ sunt graviori culpe, de quibus intelligitur: [Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.] Vt autem appareat, quæ mendacia sint venialia, & quæ damnabilia, distinguendum est, quæ sint genera mendacii.

C. VIII. ¶ Quor sunt genera mendacii.

De quibus Augustinus scribit in libro de mendacio, c. 14.

Primum est capitale mendacium, longèque figendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod mendacium nulla conditione quisquam debet adduci. Secundum autem, ut aliquem lædat iniuste, quod & tale est, ut nulli profit, & obicit alicui. Tertium, quod ita prodest alteri, ut obicit alteri, quamvis non ad immunditiam obicit corporalem. Quartum, quod fit sola mentiendi, fallendique libidine, quod mirum b mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaviloquio. His omnibus penitus evitatis atque rejectis, sequitur sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si quisquam pecuniam alicuius iniuste 1 tollendam sciens, ubi sit, nescire se mentiat, quocumque 2 interrogante. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si nolit hominem ad mortem quantum prode, mentiat. ¶ 7. ibidem. Octavum est genus mendacii, quod & nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immunditia corporali aliquem tueatur. ¶ 7. c. 21. ¶ Non est igitur mentiendum in doctrina pietatis: magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacii. Non est mentiendum secundo genere, quia nulli cum alterius injuria consulendum est. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacii libidinem, quæ per se ipsam vitiosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa veritas sine e placendi hominibus enuntianda est; quanto minus mendacium, quod per se ipsum, quia mendacium est, utique turpe est. Non est mentiendum sexto genere: neque enim rectè etiam testimonii veritas pro cuiusquam temporali commodo ac salute corrumpitur, ad sempiternam verò salutem nullus ducendus est opulante mendacio. ¶ 7. Neque septimo genere mentiendum. Non enim cuiusquam commoditas, aut salus temporalis scienda fidei præferenda est. Nec se quisquam 3 in rectè factis nostris tam malè moveri sentiat, ut fiat etiam animo deterior, longèque à pietate remotior. ¶ 7. Nec octavo genere mentiendum est: quia & in bonis castitas animi pudicitia 4 corporis præfertur, & in malis id, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, nobis damnabilis est. ¶ In his autem octo generibus tantò quisque minus peccat, cum mentitur, quanto 5 magis à primo recedit. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit putaverit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitrat aliorum.

- 1 ¶ Injustè ] Absit ab originali vox ista, pro qua in duobus Gratiani codicibus legitur, justè.
- 2 ¶ Quocumque interrogante ] Addita hæc sunt ex orig.
- 3 ¶ Se quisquam ] Apud B. Augustinum & Ivo nem est, Nec si quisquam in rectè factis nostris tam malè movetur, ut fiat etiam animo deterior, longèque à pietate remotior, propterea rectè facta deferenda sunt. Sed ob glossam in vers. rectè factis, non est mutatum.
- 4 ¶ Pudicitia ] Apud eadem habetur, pudicitia corporis, & in malis id quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus majus est. Sed eadem causa obicitur no mutaretur.
- 5 ¶ Quanto magis ] In originali legitur, quanto emergit ad octavum, tanto amplius, quanto devertit ad primum. Sed erat glossa in vers. recedit.

a Sent. 3. dist. 38. lvo p. 12. c. 1. Pann. l. 8. c. 124. b mentio.] orig.] al. verum. c al. causa.



C. IX. ¶ Non licet alicui humilitatis causa mentiri.

Item Augustinus de verbis Apostoli, sermone 31. al. 29.

¶ CVM a humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod evitaveras. Veritas in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem, ut etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod es, dicas. Nam quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas?

C. X. ¶ De eodem.

Item Gregorius lib. 26. moralium, c. 2.

Incaute sunt i humiles, qui se mendacio illaqueant. ¶ Incaute sunt] Sic in plerisque manuscriptis. vulgata lectio erat, incauti sunt homines. Integer autem B. Gregorius locus sic habet, Incaute sunt homines, qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant, imò mentiendo superbiunt: quia contra veritatem se erigunt, quam relinquunt.

C. XI. ¶ Non licet mentiri, ut arrogantia vitetur.

Item Augustinus super Ioanmem, tractatu 43.

¶ Non ita caveatur arrogantia, ut veritas relinquatur.

C. XII. ¶ Non omne mendacium aequè peccatum est.

Item in Enchiridio, c. 15.

Mhi b autem videtur peccatum esse quidem omne mendacium, sed multum interesse, quo animo, & quibus de rebus quisque mentiat. Non enim sic peccat ille, qui consulendi, quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in adversum e iter mittit, quantum is, qui viam vitam mendacio fallente depravat.

¶ Nonnulla in hoc capite sunt emendata, & alia emendata ex B. Augustino & Ivone.

C. XIII. ¶ Non est aliquo modo quilibet decipiendus.

Item Augustinus in libro de consensu virtutum atque virtutum, c. 19.

¶ Nec d artificioso mendacio e, nec simpliciter verbo oportet decipere quenquam: quia quomodolibet i mentitur quis, occidit animam.

¶ Quomodolibet] In ipso libello legitur, quolibet artis modo mentiat, os, quod mentitur, occidit animam. Sed Ivo cum Gratiano concordat.

C. XIV. ¶ Pro temporali vita alicujus perfectus mentiri non debet.

Item Augustinus in quarto Psalms ad versic. [Perdes omnes qui loquuntur.]

¶ NE f quis arbitretur perfectum & spirituales hominem pro ista temporali vita, in cuius morte non occiditur sive sua, sive alterius anima, debere mentiri. Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare: si quidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere; ut si quis forte vel ad istam visibilem mortem non vult hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat, neque mentiat, ne occidat animam suam pro corpore alterius. ¶ Duo sunt omninò genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa; cum aut jocamur, aut ut proximis profimus, mentimur. Illud primum in jocando ideò non est perniciosissimum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, joci causa esse dictum. Secundum autem ideò minus g est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud verò quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem

a Ivo p. 12. c. 43. Pann. l. 3. c. 128. b Ivo p. 12. c. 51. c al. divorsum. d Ivo p. 12. c. 44. e al. mgemo. f Anf. l. 11. c. 29. Ivo p. 12. c. 45. Pann. l. 3. c. 130. In concil. Tolitano, s. c. 2. g al. mitius.

dicendum est: tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendatur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commendavit, poposcerit; si forte gladium suum repetat furens, manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei fanitas restitatur. Hic ideò non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittit se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere. ¶ Manifestum est non esse culpandum aliquando verum tacere, falsum autem dicere non invenitur concessum esse perfectis.

¶ Manifestum] Apud B. Augustinum hoc antecedens verum autem occultavit & Dominus, cum discipulis nondum idoneis dixit: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare illa. ¶ Apostolus Paulus, cum ait: Non potui loqui vobis, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, &c.

C. XV. ¶ Nostro peccato, alterius salutis consulere non debemus.

Item in libro contra mendacium, ca. 17.

¶ FAcia a homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest. Cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, ut tali salutis consulere, nisi peccando, non possit, iam se existimet non habere, quid faciat, quando id reliquum esse perspexerit, quod non recte faciat.

¶ Non] Addita est negatio ex originali & Ivone: non nisi glossa impedebat.

C. XVI. ¶ De eodem.

Item Isidorus in synonymis, b cap. 10.

¶ OMne e genus mendacii hummopere fuge: nec calum nec studio loquaris falsum: nec ut praeses, mendaci studeas: nec qualibet fallacia vitam alicujus defendas. Cave mendacium in omnibus.

C. XVII. ¶ De eodem.

Item Augustinus in lib. de mendaciis, cap. 6.

¶ SI quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit a morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. ¶ Cum ergo mentiendo vita aeterna amittitur, nunquam pro cuiusquam vita temporali mentendum est.

¶ Caput hoc abest à plerisque, vetustis, & in duobus est cum nomine Palca.

C. XVIII. ¶ Non reputantur mendacia, cum ea qua non sunt, joco dicuntur.

Item Augustinus in libro quaestionum Gen. 44. quaest. 145.

¶ QVòd d autem ait fratribus suis Ioseph: [Nesciebatis, quia augurio auguratur homo qualis ego?] de hoc augurio etiam mandavit eis dicendum per hominem suum,] quid sibi velit, quari solet. An quia non serio sed joco dictum est, ut exitus docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non joco. Cum autem quae non sunt tanquam joco dicuntur, non deputantur mendacia.

Sed in veteri Testamento multa permittebantur, quantum exemplis hodie uti non licet.

C. XIX. ¶ Veteris exemplo mentiri non licet.

Unde Gregorius lib. 18. moral. c. 3.

¶ SI e quis per veteris Testamentum vult suam tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit, dicat necesse est, rerum alienarum raptum, & retributionem injuria, quae infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Quae omnia cunctis liquet quantum animadversione veritas insequitur, quae nobis jam significationis suae umbra postposita, in vera carne declaratur.

a Ivo p. 12. c. 48. Pann. l. 3. c. 126. b Caput de mendaciis recens. impress. & simile. l. 2. de sionimo bono, cap. 20. c Ivo p. 12. c. 49. Pann. l. 3. c. 126. Sup. d Ivo part. 12. c. 43. Pann. l. 3. c. 129. e Ivo p. 12. c. 41. C. XX.



C. XX. ¶ *Obstetricæ de pietate remuneratæ, de mendacio sunt puniæ.*

Idem eod. lib. c. 2.

**S**i quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hæc facillime absbergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli vero de obdetricum fallacia conantur asserere, hoc mendacii genus non esse peccatum, maxime quod illis mentientibus scriptum est: *a* quia edificavit illis Dominus domos. In qua magis compensatione cognoscitur, quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis eorum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, præmissa culpa mendacii, in terrenam est recompensationem declinata.

*Abraham que loquens ad pueros suos ait: c. [Sedete hic cum agno: ego & pater illic usque pertransibimus: & cum adoravimus, revertentur ad vos:] licet aliud se facturum delibere, tamen excusatur mendacio. Vide Ambrosius in libro de Patriarchis. ¶ Trosoposus d. Abraham, quod ignorabat. Ipse solus distabat redire immolatio filii. Sed Dominus per ei eius locutus est, quod parabat. Captivæ autem loquebatur cum servulis, ne cognito negotio, aut impediret aliqui, aut genitum obstruperet, aut sciret.*

*¶ Quandoque aliquid iuberetur significari velle fieri, quod tamen fieri nolentibus, sed experimentum obedientiæ quarimus: iuxta Abraham a Deo tentatus legitur, e. cum iustus est immolare filium, quem Dominus volebat ab eo occidi. Unde in eodem libro idem f. Ambrosius. [¶ Non enim volebat Deus immolari a patre filium: nec impleti hoc minus volebat, qui ovem pro filio immolandum tribuit: sed tentabat affectionem patris, si Dei præcepta præferret filii.] & 7. [¶ Non iniurias, inquit, manuum in puerum, neque facias ei quidquam.] & 7. [¶ Affectionem tuam inquisivi, non factum negasti: tentavi mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero, quod donavi ipse: nec hærdem invidio, quem largitus sum non habenti.]*

C. XXI. ¶ *Simulatio utilis est, & in tempore assumenda.*

Item Hieronymus in epist. ad Galatas, c. 2.

**V**tem simulationem, & in tempore assumendam, Iuda Regis Israel nos docet exemplum: *g* qui cum non possit interficere sacerdotem Baal, nisi se finxisset velle idolum colere, dixit: [Congregate mihi omnes sacerdotes Baal. Si enim Rex Achab servavit Baal in paucis, ego servabo in multis.] Et David, *h* quando mutavit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. Nec mirum quamvis iustos homines, tamen aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorum salutem: cum & ipse Dominus nos non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpserit, ut condemnans in carne peccatum, nos in se faceret iustitiam Dei.

*Ecce, quæ mendacia sunt venialia, & quæ damnable. ¶ Sed quæritur quare dicat Augustinus, non esse mentientium pro temporali vita alicuius: cum Abraham a descendens in Ægyptum rogatus esset Saram, ut sororem ejus se esse mentiretur, dicens: [Novi quod pulchra sis mulier, & quod cum viderit te Ægyptii, disturi sunt, necer illius est, interficient me & te reservabunt. Dic ergo, obsecro te, quid serm mea sis, ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea et gratiam tua.] Sed Abraham non mendacium dixit, sed verum tacere voluit.*

C. XXII. ¶ *Quomodo Abraham excusatur a mendacio, quæ Saram sororem suam esse dixit.*

Unde idem Augustinus ait in quæstion. Genes. q. 26.

*a* Exod. *b* al. pro admissa. *c* Genes. 22. *d* l. i. de Abraham. *e* Gen. 22. *f* l. i. in principio capituli. *g* 4. Reg. 10. *h* 1. Reg. 21. *i* Genes.

**Q**ueritur, cur Patriarcha mentiri voluit, ut diceret Saram sororem suam, & non potius Deo commisit, qui si vellet, ejus pudicitiam apud Pharaonem servare posset. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc ostenditur, quod nemo debet tentare Deum suum, dum habet quod rationabili consilio faciat. Fecit a quod potuit: quod non potuit, Deo commisit, in quem speravit: nec eum fides, aut spes fecellit. Si autem interrogatus illam foeminam indicasset uxorem, duas res tuendas committeret Deo, & vitam, & uxoris pudicitiam.

*¶ In quæstione ipsa vigesima sexta non sunt omnia verba hujus capituli: sed consuetum est etiam ex lib. 22. contra Faustum, & contra Secundinum, & ex aliis locis.*

*Item opponitur, quod Iacob b. mentiendo & filii profuit, & alia nocuit, nec tamen reprehenditur, sed commendatur. Sed Iacob dicendo se esse Esau primogenitum, non est mentitus. Non enim dixit se esse primogenitum, nascendo, sed ius primogenituræ, illo vendente, vite adeundo. Sic & Christus Ioannem dixit c. esse Eliam, non personam, sed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Esau, non nascendo, ut diximus, sed emptione primogenituræ, de non primogenito in primogenitum transfundo: sicut & ipse Esau primogenita vendendo, de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic & Iudæi, cum essent filii Abrahæ carne, quia non fuerunt filii ejus imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, sed dicuntur filii diaboli: cuius filii sunt, non nascendo, sed imitando. Unde a Domino audire meruerunt. d. [Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Hec Abraham non fecit. Vos ex patre diaboli estis, & desideria patris vestri facere vultis.] ¶ Contra gentiles, contra secundam originem carnis ab Abraham essent alieni, tamen imitatione fidei & iustitiæ successerunt in filios Abrahæ. Unde ab Apostolo & dicitur eisdem: [Si autem Christi, ergo Abrahæ semen estis.] Hinc idem Apostolus scribens f. Romanis ait: [O tu Iudæe, si circumcideris, nec legem observas, circumcisio tua præputium facta est: quomodo & præputium, si iustitias legi custodias, in circumcissionem reputatur.] Præfertur ergo, ut ex præmissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mentiendo, sed verum dicendo sibi profuit, alteri vero non nocuit: quia benedictionem sibi debitam accepit, non alienam g. surripuit. ¶ Episcopus vero iste, de quo agitur, esse falsum juravit, tamen quia, ut supra dictum est, ream h. linguam non facit nisi rea mens, nequaquam reus perjurii habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cum esset pugnans contra Philistæos, juravit se interfecitum quicumque ante solis occasum comederet. Ionathas autem filius ejus non audito Regis juramento, cum pugnando magnam hostium stragem dedisset, & salutem fecisset in Israel, fame laborans, vidit saxum mellis, quem regia virga, quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statimque oculi, quos fere fames clauserat, aperti sunt, & facies ejus exhilarata est. Quo comperto, Saul voluit eum dare nec: sed preceps, & pia populi supplicatione placatus, morti revocatus sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel, & quo pugnante, de manibus hostium populus illic liberatus fuerat. Ecce Saul falsum juravit, quia quod iurjurando se facturum decrevit, peccatus populi revocatus k. non fecit. Nec tamen perjurii reus arguitur: quia, quantum in ipso fuit, quod juravit, implevit, dum sententiam mortis in filium dedit: quam non carnali assensu, sed populi supplicatione revocavit.*

**QUÆSTIO III.**

**C**um ergo, ut ratione & exemplo monstratum est, Episcopus reus perjurii non esset, consueta obedientia ab Archiepiscopo sibi denegari non debuit: cum etiam si criminosum

*a* L. 22. contra Faustum, c. 36. 33. & rursus 36. *b* Genes. 22. & 25. *c* Matth. 17. *d* Ioann. 8. *e* 1. Corinth. 4. *f* Roman. 2. *g* alienans. *h* Supra ead. homines. *i* 1. Regum 21. *k* al. provocatus.

alium esse constaret, ante diffinitivam tamen sententiam, ut supra monstratum est, nulli clericorum suorum ab eo liceret discedere. Constat ergo illicitum esse, quod Archidiaconus iuramento firmavit. Unde merito quaeritur, an debeat servari, vel non.

QVÆSTIO IV.

QVOD autem illicita iuramenta servari non debeant, in Toletano concilio 8. cap. 2. legitur: in quo sic statutum est.

C. I. ¶ Melius est vota, sicut promissionis non implere, quam crimen committere.

SI a publicis sacramentorum gestis (quod Deus avertat) a quibuslibet illicita, vel non extitisset b conditio allegata, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissima virginis: nunquid non tolerabilius esset sulta promissionis vota rejicere, quam per inutilium promissorum custodiam, exhortendam criminum implere mensuram?

C. II. ¶ Aliquando non expedit promissum servare sacramentum.

Item Ambrosius de officiis, lib. 1. cap. 50.

EST etiam contra officium nonnunquam solvere promissum, sacramentum custodire: ut Herodes, d. qui juravit, quoniam, quicquid petrum esset, daret filia Herodiadis: & necem Ioannis praestitit, ne promissum negaret.

¶ Custodire] Adhuc est vox ista ex originali concilio Toletano, in quo refertur.

Item in sermone S. Augustini e. Episcopi de Decollatione S. Ioannis Baptiste, qui sic incipit: [Carn S. Evangelium legetur.]

C. III. ¶ Tretus fuit, quid David Nabal, sicut juraverat, non occiderit.

QVOD f. David iuramentum per sanguinis effusionem non implevit, major pietas fuit. Video i David pium hominem & sanctum in temerariam iurationem eecidisse, & maluisse non facere, quod iuraverat, quam iurationem suam suo hominis sanguine implere.

¶ Video] Hec sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem videntur summa quadam: nec sunt apud Iuvenem, aut in Panormia.

C. IV. ¶ De eodem.

Idem ibid.

IVRAVIT g. David temere; sed non implevit iurationem majori pietate. ¶ Ecce sanctus David non quidem iratus sanguinem hominis fudit: sed eum falsam iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione majoris. Nam per se ipsum appensum, magnum malum est, falsa iuratio.

C. V. ¶ Turpia vota servanda non sunt.

Item Isidorus in synonymis h. libro secundo 1.

IN i. nialis promissis rescinde fidem. In turpi voto mutata decretum: quod incaute vovisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

¶ Secundo] Etiam B. Brantius in vita Isidori memorat duos synonymorum libros. Et in synonymis, quæ nuper cum aliis Isidori operibus sunt Parisiis impressa, facile locum haberet divisio in duos libros. Nam ex posteriore parte videtur sumptus libellus de norma vivendi, qui in eodem Parisiano codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi, qui est ibidem, & antea Ant. verpia, & olim Venetia sub hoc titulo, Isidorus de homine, & ratione

a Ivo part. 12. c. 9. Panm. l. 3. c. 90. b al. exiisse conditio allegatur. Ibid. in Tolet. 8. c. Sent. 3. dist. 39. Ivo p. 12. c. 3. Panm. lib. 3. c. 91. d. Matth. 14. e. Sermon. 11. de sanctis, cuius principium est. [Propter hanc.] f. Sent. 16. Ivo p. 12. c. 11. Pan. l. 3. c. 92. g. Sent. 16. Ivo ibid. Panm. l. 3. c. 93. h. Cap. de mendacio in impresso Parisiis. i. Ivo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21.

defente, & de homine ratione consolante, impressum, videtur epitome quadam synonymorum.

C. VI. ¶ Non est observandum iuramentum, quo malum incaute promittitur.

Item Beda in homil. a. 44. in Natal. Decollationis S. Ioannis.

SI b aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandum noverimus, ac magis instante necessitate pejerandum nobis, quam pro virando perjurio in aliud crimen gravius esse divertendum. Denique iuravit David e. per Dominum occidere Nabal virum stultum & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail femina prudens mox remisit minas, & vocavit ensem in vaginam, neque aliquid culpa letali perjurio contraxisse doluit.

C. VII. ¶ De duobus malis, minus eligi oportet.

Idem ibid.

NON d. solum in iurando, sed in omni, quod agimus, hæc est moderatio solertius observanda: ut si in iralem forte lapsum versuti hostis in ciderimus infidus, in quo sine aliquo peccati contagio surgere non possimus illum potius evadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpeffuros esse cernimus.

C. VIII. ¶ Tolerabilius est iuramentum non implere, quam quod turpe est facere.

Item Ambrosius de officiis, lib. 3. c. 11.

VNUSQUISQUE e. simplicem sermonem proferat: in suum in sanctificatione possideat: nec fratrem suum circumscriptio verborum inducat: nihil promittit inhonestum: aut si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt seipfos iurandi sacramento, & cum ipsi cognoverint, promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spondentur: sicut de Herode supra scripsimus, qui f. salutari præmium turpiter promissit, crudeliter solvit. Turpe quod regnum pro saltatione promittitur; crudele, quod mors Prophetae pro iurisdictioni religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset perjurium sacramenti: si tamen perjurium possit dici, quod ebrius inter vicia iuraverat, quod eviratus i. inter saltantium choros promiserat. Infertur disco Prophetae caput, & hoc affirmatum est fidei esse, quod amentis fuit. & post pauca de propheta h. differens. Miserabilis, inquit, necessitas, quæ solvitur partitio. Melius est non vovere, quam voveris, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolveri. & post paululum ¶ Non semper igitur promissa solvenda omnia sunt. Denique i. ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

¶ Eviratus] Emendatum est ex B. Ambrosio & Ivo. Ita te animi legebatur, & juratus.

C. IX. ¶ Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta.

Item ex concilio Toletano VIII. c. 2.

INcommutabilis, eademque semper existens Dei natura, parcens sua sæpe in sacris literis legitur mutata promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. Vnde quamlibet sit impassibilis, atque immutabilis, eisdemque deitatis, licet sint dicta firmissima, crebris

a Et glossa ordinaria in cap. 14. Matthæ, in versu. iuramentum b Infra eodem si aliquid, cap. 16. Burchard. lib. 12. Ivo p. 12. cap. 15. & 75. Panm. l. 3. c. 94. & 115. c. 1. Reg. 11. d. Ivo p. 12. cap. 16. Panm. l. 3. c. 95. In Tolet. 8. c. 2. e. Ivo p. 12. c. 17. Panm. l. 3. c. 96. f. Matth. 14. g. homicidio. Ivo ibid. h. Iud. 11. i. Ivo p. 12. non semper.



tamen eius & iuramenta leguntur, & poenitentia: quæ factis extant mysteriis adopena. Iurare namque Dei, est à seipso nullatenus ordinata convellere: poenitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic per Hieronimam a dicit: [ Repente loquar adversum gentem, & adversum regnum, ut eradiciem, & destruiam, & disperdam illud. Si poenitentiam egerit gens illa super malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei.]

¶ Iuramentum huius capituli emendatum est ex recentioribus editionibus conciliorum Colonienfis, & eodice Lucensi regio. In venetibus autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duo-  
bus, nonnulli Dominici post versic. incedenda. quod in ipso concilio antecedit huic capitulo sequitur continetur. Etenim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima, crebro tamen, &c. intermediis amissa.

**C. X.** ¶ Sapientia est revocare, quod male loquitur.  
Item Augustinus.

**M**agna sapientia est revocare hominem, quod male locutus est.

**C. XI.** ¶ Quæ poenitentia, qui illicitum iuramentum facit.  
Item ex concilio Herdenfi, c. 8. b

**Q**ui iuramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno à communione corporis & sanguinis Domini segregatus, reatum suum elemosynis, fletibus, & quantis poterit jejuniis absolvat. Ad charitatem vero, quæ e operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

**C. XII.** ¶ Non omnia promissa solvenda sunt.  
Item Ambrosius lib. 3. officiorum, c. 12. d

**N**on semper promissa omnia solvenda sunt. Denique si Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut sapientia indicat.

**C. XIII.** ¶ De eodem.  
Item Lidorus sententiarum lib. 2. c. 31.

**N**on est observandum iuramentum, quo malum incaute promittitur: veluti si quisquam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem pollicetur. Tolerabilis est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.

**C. XIV.** ¶ Male iurans poenitentiam agat.  
Item ex concilio Toletano, c. 8.

**N**ecessè est, ut male iurans dignam poenitentiam agat, eò quòd nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in vanum: quia in Exodo scriptum est: [Nec enim infontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.]

¶ Verba propria huius & sequentis capituli non sunt in canone secundo concilio Toletano editi: ex quo tamen citant Rabanus in lib. poenitent. 21. & Burchardus lib. 12. c. 25. Coniunctè enim hoc assertum cum eo, quæ in secundo illo canone leguntur. Item vero Burchardus, c. 7. citat ex Toletano, c. 9. Ivo autem absolute ex Toletano. Sunt q. apud ipsos hæc duo capita coniuncta, quemadmodum & in aliquot versibus Gratiani exemplaribus, sine voce ista, Item.

**C. XV.** [Item] & in Levitico g.

a Hierem. 21. b Burch. lib. 12. c. 27. Ivo part. 12. c. 84. Rabanus in part. 2. c. 10. c. 1. Pet. 4. d In Tolet. c. 2. sup. ead. unusquisque in fine. Ivo part. 12. c. 27. Pann. lib. 8. c. 102. Concil. Tolet. 8. c. 2. Beda in David. c. 34. Glossa ordinaria in ca. 14. Matth. Polyc. 1. 6. tit. 12. Burch. lib. 12. c. 25. e Ivo part. 12. c. 36. & 67. Pannorm. lib. 8. c. 118. f Rabanus lib. poenit. cap. 21. Burch. lib. 12. c. 7. & 27. Ivo p. 12. c. 64. g Levit. 19.

**N**on pejerabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, ego Dominus. ] Malum tamen, quod facturum se sacramento devoverit, omnino non faciat, quia stulta vota frangenda sunt.

¶ Ita etiam ceteri collectores. Sed supra ead. caput, si aliquid. isdem verbus assertur ex Beda, apud quem habetur, ut ibi est indication.

**C. XVI.** ¶ Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est servandum.  
Item ex decreto Soteris Papæ, c. 3.

**S**i aliquid forte incaute nos iurasse contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum, illud consilio salubriore mutandum noverimus: & magis instante necessitate pejerandum b nobis, quam pro i factio iuramento in aliud crimen majus esse divertendum.

¶ Pro facto ] Apud Ivonem & in Pannormia legitur, pro vitando perjurio, ut sup. ead. c. 6. In Polycarpo autem, profecto in aliud. Anselmus habet quemadmodum Gratianus.

**C. XVII.** ¶ Temeritas emendatur, cum incaute definitio solvitur.  
Item ex concilio Eliberitano, c. 3.

**D**efinitio à incauta laudabiliter solvenda est: nec est pravariatio, sed temeritatis emendatio.

¶ Ivo citat ut Gratianus. Burchardus autem ex concilio Hibernensi, & sic est in manuscripta collectione canonum incerti auctoris.

**C. XVIII.** ¶ Illicitum iuramentum non est servandum.  
Idem.

**A**ctione 1 quarta & septimæ synodi [Ioannes Apocrypharius orientalium sedium dixit. Significat sermo patris nostri Sophronii, quòd melius sit iuramentum pejerare, quam servare sacramentum in fractione sacramentum imaginum.] Hoc autem dicimus, quia sacramento quidam se exculant. Tharasius patriarcha dixit. Quia 2 pater Sophronius noverat bonitatem Dei, propterea transgredi voluit impium iuramentum. & paulo post. ¶ Tharasius Patriarcha dixit. Herodes servavit iuramentum, & periit: Petrus verò negavit cum iuramento, & conversus flevit, & salvatus est. Omne enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde poeniteat. Sancta synodus dixit. Si nos docet sancta scriptura. Item Leontius f Episcopus Phocæ dixit. Scriptum est. [Iuramentum mendax ne diligatis.] Quia de causa iuramentum nostrum mendax dissolvatur, quasi nullam habens virtutem.

¶ Actione quarta septimæ synodi ] Hæc verba in uno versu Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Ivonem,) initium verò capituli est, Ioannes, &c. & versio hæc non est Anastasi bibliothecarii.

¶ Quia pater ] Aliter habet locus ille synodi. Ubi enim ex Limonario, seu hortio spiritali, cuius auctor est Sophronius, refertur concilium Abbatis Theodori Eliota datum anclio, ut iuramentum diabolo præstitum, de non adoranda imagine Virginis Mariae, Iesum infantem gestantis nullo modo servaret.

**C. XIX.** ¶ Non observentur iuramenta, quæ sunt contra divina mandata.  
Idem Lidorus.

**S**i quis præventus fuerit, ut definiat agere aliquid seorum, quæ non placent Deo, poenitentiam agat: & quod contra mandatum Domini statutum est, in irritum revocetur. Item Hieronymus in libro de natura rerum. ¶ Tribus siquidem modis iuramenta contracta solvenda sunt. Primò, cum quis malè iurat. Secundò,

a Sup. ead. si aliquid Polyc. 1. 6. tit. 11. Ansel. 1. 1. c. 73. Ivo p. 12. c. 75. Pann. lib. 8. c. 118. b al. perjurandum. c al. Hibernensi. d Burch. lib. 12. c. 25. Ivo part. 12. c. 80. e Sentent. 3. distinct. 30. Ivo p. 12. c. 25. Pann. lib. 8. c. 98. 100. In Limonario, c. 17. f al. Ivo g Zachar. 8.



sum quis incaute jurat, non putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri vel puella in domo parentum se juramento constringerint, patribus a, postquam audierint, contradicentibus.

In libro de institutis monachorum B. Basilii Rustici interprete haec leguntur, Si quis praeventus fuerit, ut diffiniat agere aliquid eorum quae non placent Deo. In responsione vero subiacetur, poenitentiam debet agere. Et postea, oportet irrita revocare, quatenus ex praesumptione contra mandatum Dei statuuntur.

2 pars. Ecce, quod juramenta illicita laudabiliter solvantur, damnabiliter servantur. Quod tunc intelligendum est, quando juramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur. Ceterum, si propterea deseritur, ut in aliud malum transgatur, illicitum sacramentum damnabiliter servatur, sed damnabiliter contemnitur.

C. XX. ¶ Non est appellanda fides, qua ad peccatum faciendum adhibetur.

Unde Augustinus de bono conjugali, c. 4.

Si ad peccatum faciendum fides adhibetur, mirum, si fides appellanda est. Veruntamen qualiscunque sit, si & contra ipsam sit, pejus sit: nisi cum propterea deseritur, ut ad veram fidem, legitimamque redeatur: id est, ut peccatum emendetur voluntatis pravitate correctae: tanquam si quis, cum hominem solus exspoliare non possit, inveniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur, ut simul id faciant, spoliunq; partiantur: quo facinore commisso totum solus auferat: dolet quidem ille, & fidem sibi non esse servatam, conqueritur. Verum in ipsa sua querela cogitare debet, potius in bona vita ipsi humanae societati fidem fuisse servandam, ne praeda iniqua ex homine fieret, si sentit, quam inique sibi in peccati societate servata non fuerit. Ille quippe utrobique perfidus, profecto sceleratior iudicandus est.

C. XXI. ¶ Si propterea fides non servatur, ut ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur.

Idem ibidem.

Mulier e, si fide conjugali violata, fidem servet adultero, utique mala est: sed si nec adultero, peior est. Porro si eam flagitii poeniteat, & ad castitatem rediens conjugalem, pacta ac placita adulterina rescindat, miror, si eam fidei violatorem vel ipse adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quod si quisquam, ut diximus, illicitum juramentum non servaverit, ut in aliud malum perniciosum declinet, tanto gravius delinquit, quanto damnabilius accumulatur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, ut ad bonum redeatur, nihil culpa pro tali perjurio contrahitur: potius defendendum est, si in aliquo illius juramenti occasione non deliquisse contigerit. Unde Augustinus scribit Severo Milevitano Episcopo, consulenti de quadam Hubaldo, qui consanguineis eiusdem pellicis coactus fuerat jurare, se illam diciturum in conjugem, nec matri suae vel fratribus ulterius necessaria subministraturum.

Rescribit ergo B. Augustinus, ut diximus, Severo Milevitano Episcopo, ita dicens.

C. XXII. ¶ De quadam Hubaldo, qui juravit se non ministraturum necessaria matri & fratribus.

Inter cetera, ut rogaveras, a patre nostro Ambrosio quaesivi, quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore necis impulsus, suae concubinae juramento firmavit, ipsam in conjugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniarum unquam impendere. Quia vero, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in conjugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmum & stabile. Porro juramentum non ob hoc fuisse institutum invenitur, ut esset vinculum iniquita-

a al. Parentibus. b Iov. 12. c. 17. Pam. l. 8. c. 56. c Iov. ibid. Pam. lib. 8. c. 97.

tis, vel matricidii, vel fratricidii, seu cuiuscunque criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, ut iniusta juratio suorum bonorum sit iniuste jurantibus expoliatio, & accipienti aeterna damnatio. Perjurii namque percussit poena & velut homicida in extremo examine a iusto iudice degradabitur a, per quem sacrosanctum Evangelium ad iniustum & illicitum, & Deo inimicè amabile, quasi testimonium iustae & humanae petitionis adducitur. Foveat itaq; Hubaldus matrem & fratres: & liceat, si coactione & timore juramenti aliquid defuit matri. Qui vero eum jurare coegerunt, quod non debuit, reatu perjurii impliciti teneantur. Injuria quippe iniuste interrogata, ejus est infamia, qui facit. Nec enim alio modo ad opprobrium coacta voluntatis trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorrit.

3 pars. Sed cum his omnibus illicita juramenta non servanda probentur, opponitur, quod Iosue b Gabanonis, contra praecipuum Domini non deleverit, quia seniores Israel juramento curas suas firma verant. Sed notandum est, quod seniores Israel, essent a Domino esse imperatum, ut deleverint gentes terra promissionis, de cepit tamen a Gabonitu nescirent eos esse incolas terra sibi promissa. Venerunt enim (ut historia refert) atritu calcamenta, & cum aridis panibus, dicerent. Viri pacifici, venimus de terra longinqua: calcamenta sunt atrita in pedibus nostris: panes deficiunt in stercus nostris: audi, virum Dominum esse voluimus, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit senioribus Israel, & si certum pacem suam esse. Post diem vero tertium, cum filii Israel appropinquarent Gabonitu, occurrerunt eis, quibus juraverant seniores Israel. Illi autem videntes se esse deceptos, voluerunt delere eos, sed pepercit eis Iosue propter juramentum seniorum Israel.

C. XXIII. ¶ Quadam, licet a Deo prohibeantur, tamen juramento firmata non sunt evitanda c.

Innocens d, credit omni verbo. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocenter esse, ignorare quod noceat: & si circumscriptum est aliquo, de omnibus tamen bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitrat. Haec igitur mentis lux devotione inclinatur Iosue, ut crederet Gabonitis, testamentum pacem dedit, confirmavit societatem. Sed Iosue as eorum ventum est, deprehensa fraude quod essent finitimi, advenas se esse simulaverant, et cum scriptum se populus Patrum indignari coepit: Iosue tamen pacem, quam dederat, revocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret e, suam fidem solveret. Multavit tamen eos vilioris obsequio ministerii. Clementer sententia, sed durtior.

Illicitum ergo juramentum, quod servari prohibetur, intelligendum est, quod scitur esse illicitum, cum juratur. Si autem nescitur illicitum esse, ipsa ignorantia excusat, si putetur licitum esse, non ex ignorantia iuris, sed facti. Aliud enim est, si aliquis copula credatur esse licita, quia vesicitur esse consanguineus, vel quia creditur esse vidua: aliud, si ideo putatur licita, quia consanguineus non conjugatus, vel relictae copula nullo iure creditur esse prohibita. Illa enim est ignorantia iuris, qua neminem excusat, nisi cui permittitur ius ignorare: ibi vero ignorantia facti, qua quisque veri factusatur. Seniores autem Israel non ignorabant gentes terra promissionis ex praecipuo Domini esse delendas: sed ignorabant Gabonitas esse incolas terra promissionis. Ignorabant quidem factum, sed non ignorabant ius facti: atque ideo, nisi illicitum esset quod juraverunt, tamen licite servari debuit, quod juramentum firmatum. Quod autem illicitum juramentum servari prohibetur, non est generaliter intelligendum. Juramentum g. namq; ut Hieronymus testatur super Hieremiam, debet habere tres comites, iustitiam,

a al. degradabitur. b Ios. c. 10. c. 10. d Innocentius, nam in vulgari erat servanda. d Prov. 14. e al. Iosue. orig. f al. feri. g sup. q. 2. annuad. veritas. iudicium.



judicium, & iustitiam: ubi autem ista defuerint, non est juramentum, sed perjurium. Unde datur intelligi, illicitum esse juramentum, cui aliquid istorum defuerit: non tamen cuiuscunque contigerit aliquid istorum desesse, prohibetur seruari. Aliquando namque juramentum desit iustitia: veluti cum quisquam post votum castitatis dicit uxorem, iuramento firmari, nunquam se ab ea discessurum: quod quoniam illicitum sit, quia iustitia sibi probatur desesse, tamen auctoritate Augustini seruari præcipitur. Hoc autem si quis contra præcipit, va conjugii, non propter religionem iurijurandi seruari, evadit veritas ob solam religionem contra Domini imperium refervari. Cuius ergo omne Domini præceptum iustum sit, post se iustitiam desesse, quod ejus præcepto contrarium invenitur, licitum quoque aliquando juramento constat desesse, veluti cum propria temeritate aliquis dicitur jurat se manducaturum & bibiturum. Hoc quoniam levitate indiscreta illicitum probatur, non tamen ideo violari jubetur. Juramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo quod juratur, aliquando ex causa extrinseca venientis, aliquando ex modo jurandi. Ex eo quod juratur, tunc est illicitum juramentum, quando id, quod juratur, in sua natura vitiosum est, vel vitium adimens, ut adulterium, homicidium, & his similia: vel reparari non permittitur, veluti cum iniuria ad pacem non redire, indigentis misericorditer non subvenire. Ista, quia perficiam in se habent iniustitiam, esse juramentum firmum, tamen seruari non debent. Circa hæc ad præcepta iustitia intelligenda sunt, quia de illicitis juramentis non adferuntur supra statuta leguntur. Quisquis ergo se juramento firmaverit, aliquis scilicet, quo vel corporalis, vel spiritalis salus adimatur, vel sine quo utraque salus reparari, vel confirmari non possit, hanc promissionem servare prohibetur: quorum exempla præmissa ad invicem subiungunt, dum eum, qui homicidium facere, vel adulterium committere, vel homicidium facere, vel adulterium committere, vel ad pacem cum adversario non redire, juramentum præstando promissum, saluberrimo consilio illicita vota obsequare non permittunt. Effertur id quod juratur, aliquando vitiosum, non natura sua, sed ex causa extrinseca venientibus: veluti cum aliquis post votum castitatis iurat aliquid se habiturum eam in conjugem. Conjugem namque habere, in seipsis malum non est: tamen hæc ex voto permissum est. Hoc autem juramentum, etiam si illicitum sit, non tamen servare prohibetur: sed de violatione voti poenitentia sibi jubentur. Ex modo jurandi tunc est illicitum juramentum, quando transgreditur & incircumspicit aliquid juratur, quo nec corporis, nec spiritalis salus adimatur, & sine quo utraque salus reparari, & via conservari valet: veluti dicit aliquis a parentibus, vel a consuevit consuetudinem, vel religionis vestem suscipiat, se non iuramentum firmaverit. Hoc quoniam aliquis, qui videtur reprehensibile, quia opus charitatis juramento se non sustinuit promissi, nulla tamen auctoritate seruari prohibetur: quia nisi magis circumspicitur, vel religionis vestem suscipiat, non tamen minus saluberrime promereri valet: cum nonnulli in deo habent sanctissimi, & Deo dilecti inveniantur. Quod ex hoc evidenter datur intelligi, quod aliquis jurat se non saluberrime aliquid, quo expeditur sibi via preparaverit ad beatitudinem, dummodo sine eo valeat salutem invenire, quod juramentum non prohibetur servare. Videt cum juramus nos non duros aliquid dicit, sine quo utraque salus ejus potest esse incolumis, est aliqua ex ea servamodis præstare, nulla tamen auctoritate juramentum servare prohibetur, dummodo sit nobis alia via necessarius subservire.

**QUÆSTIO V.**

**Q**uid autem quinto loco queritur, si illicitum esset, quod Archidiaconus juraverit, an Episcopus esset reus perjurii, qui ad præceptum Archidiaconi cogebat, facere potest dicitur. Si enim consensit patri parva cum sciente puniendus est, multa magis ille qui cogit, reus admissi criminis probatur.

*a al. sciens se. Ansel. lib. 11. c. 63. Burch. lib. 12. c. 4. Ivo p. 12. c. 6. Polyc. lib. 11. c. 11. b Ansel. lib. 31. c. 64. Burch. lib. 21. c. 3. Ivo p. 12. cap. 62. c al. perjuraverit. d al. Romano. e Polyc. lib. 11. Burch. lib. 12. c. 6. Ivo part. 12. c. 33. f Polyc. lib. 11. c. 11. Ansel. lib. 11. c. 67. g al. perjuraverit. h Burch. lib. 12. c. 9. Ivo p. 12. cap. 62. Sen. 3. dist. 36. Ivo p. 12. c. 25. Pann. lib. 8. c. 108. i provocavit. orig. k Sent. ibid. Ivo p. 12. c. 30. Pann. lib. 36. c. 10. l al. sententio. m al. expressis.*

**C. I.** *¶ Qui pejerare compellitur, perjurus uterque probatur.*  
*Unde Pius Papa ait.*

**Q**ui compulsus à Domino sciens a perjurat, utrique sunt perjuri, & Dominus, & miles: Dominus, quia præcepit: miles, quia plus Dominum, quam animam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua poeniteat, & septem sequentes annos: si servus ejusdem, tres quadragenas & legitimas setias poeniteat.

*¶ Anselmus hoc carat ex Penitentiali Theodori, quem admodum Durhardus & Ivo seq. capit.*

**C. II.** *¶ Poenitentia ejus, qui in manu Episcopi, aut in cruce consecrata pejerat.*  
*Idem.*

**Q**ui b pejerat se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos poeniteat: si vero in cruce non consecrata, annum unum poeniteat: Qui autem coactus fuerit, & ignorans se pejeraverit, & postea cognoscit, tres quadragenas poeniteat.

**C. III.** *¶ Quis poenā sit ferendus, qui necessitate coactus perjurat.*  
*Item ex Penitentiali Theodori d.*

**I. Si** quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa vel necessitate perjurat, quia plus corpus, quam animam dilexit, tres quadragenas poeniteat. Alii vero judicant tres annos, unum ex his in pane & aqua.

**C. IV.** *¶ Qui pejerat, & alios pejerare facit, quā poenā sit ferendus.*  
*Item Gelasius Papa.*

**II. Si** quis pejeraverit, & alios sciens in perjurium duxerit, quadraginta dies poeniteat in pane & aqua, & septem sequentes annos, & nunquam sit sine poenitentia: & alii, si consensit fuerit, similiter poeniteant.

*¶ Polycarpus tribuit hoc Pio: ceteri vero indicati collectores Pelago.*

**C. V.** *¶ Homicidam vincit, qui sciens ad perjurium hominem compellit.*  
*Item Augustinus in sermone de decollatione S. Iohannis, [id est, serm. 11. de Sanctis.]*

**I**lle b, qui hominem provocat ad iuramentum, & scit eum falsum esse juraturum, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imò duas animas, & ejus, quem jurare provocavit, & suam. Scis verum esse quod dicit, & falsum esse quod ille dicit, & jurare compellis? Ecce jurat, ecce pejerat, ecce perit: Tu quare invenisti? imò & tu peristi, qui de illius morte te fariare voluisti.

**C. VI.** *¶ Non peccat, qui juramentum exigit ab eo, quem nescit falsum jurare.*  
*Idem in sermone de perjurio [id est, in sermone de verbis Apostoli 130. al. 28.]*

**Q**ui exigit juramentum, multum interest, si nescit illum falsum juraturum, an scit. Si enim nescit, & ided dicit, iura mihi, ut fides ei fiat, non i est peccatum: tamen humana tentatio i est. Si autem scit eum fecisse, novit fecisse, videt fecisse, & cogit jurare, homicida est. Ille enim suo se perjurio perimit: sed iste manum interficientis & impressit m, & pressit.

*a al. sciens se. Ansel. lib. 11. c. 63. Burch. lib. 12. c. 4. Ivo p. 12. c. 6. Polyc. lib. 11. c. 11. b Ansel. lib. 31. c. 64. Burch. lib. 21. c. 3. Ivo p. 12. cap. 62. c al. perjuraverit. d al. Romano. e Polyc. lib. 11. Burch. lib. 12. c. 6. Ivo part. 12. c. 33. f Polyc. lib. 11. c. 11. Ansel. lib. 11. c. 67. g al. perjuraverit. h Burch. lib. 12. c. 9. Ivo p. 12. cap. 62. Sen. 3. dist. 36. Ivo p. 12. c. 25. Pann. lib. 8. c. 108. i provocavit. orig. k Sent. ibid. Ivo p. 12. c. 30. Pann. lib. 36. c. 10. l al. sententio. m al. expressis.*



¶ Non est peccatum. In originali est, non audeo dicere non esse peccatum. Sed ob casum non est mutatum.

C. VII. ¶ Usq. ad exitum vite non communicet, qui alios ad perjurium trahit.

Item ex concilio Marisconensi l. c. 27.

III. ¶ Si quis convictus fuerit alios ad falsa i testimonia, vel perjuriam attraxisse, vel quacunque corruptione sollicitasse, ipse quidem usq. ad exitum vite non communicet: ii vero, qui ei in perjurio consensisse probantur, postea ab omni testimonio sunt removendi b. & secundum legem infamia notabuntur.

¶ Falsa. In concilio ipso Marisconensi (rescripta enim est citatio ex manuscriptis, cum antea citaretur Moguntinense) legitur, falsum testimonium vel perjurium.

2 pars. Item, qui audit aliquem falsum jurare, & tacet, delinquit.

C. VIII. ¶ Cui sit iudicandum falsum, quod ab aliquo juratur.

Unde Augustinus ait in questionibus Levitici c. 9. ad c. 5. [Anima que audivit vocem jurantis falsum, &c.]

Hoc d. videtur dicere, peccare hominem, quo audiente jurat aliquis falsum, & scit eum falsum jurare, & tacet. Tunc autem scit, si ei rei, de qua juratur, testis fuit, aut vidit, aut conscius fuit, id est, aliquo modo cognovit, aut oculis suis conspexit, aut ipse, qui jurat, illi indicavit. Ita enim potuit esse conscius. Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditoris hominum non parva existit & plerumque tentatio. Postumus enim paratum ad perjurium admonendo, vel prohibendo a tam gravi peccato revocare: sed si non audierit, & coram nobis de re, quam novimus, falsum juraverit, utrum prodendus sit, si proditus etiam periculum mortis incurrat, difficillima questio est. Sed quia non expressit, cui hoc iudicandum sit, utrum illi, cui juratur, an sacerdoti cuiquam s. qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest; videtur mihi, quod se homo solvat a peccati vinculo, si g. indicat talibus, qui magis possunt prodesse, quam obesse perjurio, sive ad corrigendum, sive ad Deum obillo placandum; si & ipse confessionis adhibeat disciplinam.

Si ergo iste, ut supra dictum est, qui audit falsum jurare, & tacet, delinquit; multo magis ille reus est, qui ad peccatum aliquem compellit.

3 pars. Quiritur de eo, qui verborum calliditate se circumvenire putat illum, cui iuramentum adfert, an sit reus perjurii, nisi servaverit, quod iurasse creditur.

C. IX. ¶ De eo qui calliditate verborum jurat.

De hoc in scribit illud oris sententiarum lib. 2. cap. 31.

¶ Vacunque h. arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit, quia i. & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.

C. X. ¶ Perjurus est qui super lapidem falsum jurat.

Item ex sermone sancti Augustini trigesimo, de verbis Apostoli.

¶ Ecce & dico charitati vestre, & qui super l. lapidem falsum jurat, perjurus est. Unde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per

a Burch. l. 16. c. 8. Ivo p. 12. c. 26. b al. prohibendi. c Glossa ordin. initio c. quinti Levit. d Pann. l. 3. c. 29. & 109. e Alex. riter. f vel cuiquam orig. & Ivo. g al. etiam. h Sent. 3. dist. 39. Anf. l. 11. c. 76. Polyc. l. 6. tit. 12. Burch. l. 12. c. 10. Ivo part. 12. c. 36. & 67. Pann. l. 3. c. 112. i al. qui. k Ivo p. 12. c. 24. Pann. l. 3. c. 116. l per. i vera lectio.

quod jurant, non se crimine tenent perjurii. Procius peccatus es, quia per id, quod sanctum non i. putas, falsum iuras. Si tu i. illud sanctum non putas, sanctum puta. tui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras, sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem, sed nunquid non ante Deum? non te audit lapis loquentem: sed punit te Deus fallentem.

¶ Non putas. Sic etiam Ivo. In originali est sine negatione, & forte legendum, putat.

2 ¶ Si tu illud. In codicibus Augustini impressis, & in Vaticano legitur, sed ego illud sanctum non puto. In altero vero etiam Vaticano, & apud Ivonem, sed ego illum sanctum non puto.

3 ¶ Puta. Sic in codicibus impressis B. Augustini: sed in Vaticano, & apud Ivonem, & Panormitano, & in aliquis scriptis Gratiani exemplaribus, putat.

C. XI. ¶ Apud Deum verba nostra non exor, sed ex cor de procedant.

Sed obicitur illud Gregorii 26. libro moralium, c. 7.

HUMANAE aures verba nostra talia iudicant, qualia sonant. Divina vero iudicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferturunt a. ¶ Certe noverit ille, qui intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis: quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem & intentionem: quia non debet intentio verbis de servire, sed verba intentioni.

Si ergo divina iudicia verba nostra talia scribunt, qualia ex intimis proferturunt, si intentio non debet servare verba, sed verba intentioni; patet, quod Deus non accipit sic iuramentum, sicut illi cui iuratur: sed potius, sicut qui iurat, intelligit; cum recipit non ex intimis, sed ex his quae proferturunt verba, verba nostra sonant. ¶ Item obicitur, qui iurat super lapidem, putat se iurare super sacrosancta Evangelia, perinde tenetur, ac si super Evangelia iuraverit: licet ille cui iurat, idem super lapidem illum iurare sciat, ut non servando quod promittit, reatu perjurii tenetur. ¶ Item obicitur de crucebus, qui credunt se iurare obediuntur consubstantiam in omnibus, quae sibi imperata fuerint pro honore sua. crucis: ut vero obedientiam recusantes, reatu perjurii ilaqueantur, supponit breve iuramentum, in quo aliud continetur, quod se iuramentum adferuntur; videlicet ne Padum in Nilum convertant, vel aliquid huiusmodi faciant. Si ergo contra hoc, quod se iurasse crediderunt, consubstantiam sui obedientiam denegarent, nunquid secundum intentionem recipiant; an potius secundum intentionem iuranti iuramentum Deus illud accipere? ¶ Item, si innocenti ad adultum iuramento facto impetratus, innocentiam suam vellet afferere, iuraret autem ab obiectis sic esse incommuni, sicut in brevi illo continetur, quod tribus suis se scripsisse arbitratur, committatur autem in illo iuramento esse obiectorum, nunquid a Domini perjurio reputatur? an nunquid poterit argui se iurasse, adulteri, cui facti iuramentum currisse? Non.

C. XII. ¶ Inter iuramentum, & locutionem factum nulla debet esse distantia.

Hinc etiam Chromatius i in caps. Mathae.

Iuramenti haec causa est, quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, ut quod verum est, eloquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquens nostram, nullam esse distantiam: quia sicut in iuramento nullam convenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullam debet esse mendaciam: quia utrumque & perjurium & mendacium divini iudicii poena damnatur, dicente scriptura: b. [Os, quod mentitur, occidit animam.] Quisquis ergo verum loquitur, iurat; quia scriptum est: [Testis fidelis non mentitur.]

1 ¶ Chromatius. Antea citabatur, Chrysothomus: in erroris occasionem dederat similitudo promanum literarum.

a Hucusq. B. Greg. eo loco. b Sap. 1. c. Priva. 4. C. XIII.



**C. XIII. ¶** Antequam aliquis iuret, pejerat, si contra conscientiam jurare parat.

Item a.

**¶** Vi pejerare paratus est, antequam iuret, jam perjurus esse videtur: quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.

*Ex his similibus colligitur, quod iuramenta secundum intentionem profecti, non recipientis, à Deo iudicantur. Quomodo ergo secundum iudicium quocumque arte verborum quis iurat, Deus sic accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit? Sed sicut aliud est, callida arte verborum iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando enuntiare: sic aliud est simpliciter iuramentum factum recipere, aliud recipiendo calliditate uti: quia sic quisquam apud Deum non iurare aliquid ledere; sic nec prater ejus intentionem vult qui aliquid subvenire. Deus autem dupliciter aspernatur simpliciter intentionem utriusque considerat: & tam ex parte recipientis, quàm ex parte præstantis verborum artem aspernatur & odit.*

**¶** Pars. De aetate vero iuramentum queritur, quæ aetate quisq; ad iurandum debet cogi. De quo in primo libro capitularium, c. 5, sic invenitur definitum.

**C. XIV. ¶** Ante rationabiles annos, aliqui non coguntur iurare.

**¶** Parvuli, b qui sine rationabili aetate sunt, non coguntur iurare, sicut i Gunebodigni faciunt. Et qui semel perjuratus fuerit, nec testis sit post hoc, nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa, vel alterius jurator existat.

**¶** Sicut Gunebodigni faciunt ] Ad aiazthac sunt ex originali.

**C. XV. ¶** Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur.

Item ex concilio Eliberitano.

**¶** Veni ante annos quatuordecim non coguntur iurare. Puella quoque, si in puerilitate sita in domo patris, illo nesciente, iuramento se constrinxerit, & patet eius, ut audierit, statim contradixerit, vota ejus, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

*Bartholomæus hoc citat ex concilio Hibernensi: ut alia, quæ concilio Eliberitano tribuuntur.*

**C. XVI. ¶** De eodem, & ut à juniori iuramenta præstantur.

Item Cornelius Papa.

**¶** Honestum & etiam videtur, ut qui in sanctis audent iurare, hoc se junus faciat, cum omni honestate & timore Dei, & ut pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

*Quæretiam collectores citant ex decretis Concilii Papa. Extat in libro 1.º capitulo. c. 69. nonnullis præterea verbis interjectis. Et vide referri primam hujus capituli partem Ivo c. 33.*

**¶** Tractata sunt quadam tempora, quibus iurare prohiberetur.

**C. XVII. ¶** Quibus temporibus iurare prohiberetur.

Unde in concilio apud sanctum Medardum habito.

**¶** Decretis sanctæ synodus, ut à Septuagesima usq; in octavam Pasche, & ab adventu Domini usq; in octavam Epiphaniæ, nec non & in jejuniis Quatuor temporū, & in Litanis majoribus, & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione) nullus super sacra Evangelia iurare præsumat.

**¶** Pars. De g. forma vero fidelitatis, & quid quisq; debeat Dominis, vel ecclesiis, sic invenitur in epist. Fulberti Episcopi.

*a. al. Item b. Ivo part. 12. c. 23. Pann. l. 8. c. 103. c. Burch. lib. 12. c. 10. Ivo part. 12. c. 31. Pann. l. 8. c. 104. & 105. d. Capitul. l. 1. cap. 8. Burch. lib. 12. c. 12. Ivo part. 12. cap. 69. & 53. e. al. habet. f. Pann. l. 8. cap. 100. Cap. præcedente. Simile quiddam in schedis Capitularium Gallie misit, Burch. l. 2. c. 20. g. In iustis feudorum, lib. 2. tit. 6.*

**C. XVIII. ¶** Quæ in fidelitate sunt observanda.

**¶** DE a forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis, quæ sequuntur, breviter, ex librorum auctoritate notavi. Qui domino suo fidelitatem jurat, ista se semper in memoria debet habere; incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit in damnum domino suo de corpore suo. Tutum, ne sit ei damnum de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in damnum de sua iustitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile; neve id quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut fidelis hæc novicenta caveat iustum est. Sed i quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id, quod bonum est, restat, ut in eisdem sex prædictis consilium & auxilium domino suo fideliter præstet, si beneficio dignus videri vult, & salvus esse de fidelitate, quam juravit. Dominus quoque fidelis suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si non fecerit, merito censetur malefidus: sicut ille, qui in eorum prævaricatione, vel faciundo, vel consentiundo deprehensus fuerit perfidus & perjurus.

*¶ Epistola hæc Fulberti missa est à Gallia, descripta ex vetusto codice ecclesie Bellouacensi: cujus hic est titulus, Glorioso duci Aquitanorum VV. Eulbertus Carnotensis Episcopus orationis suffragium.*

**¶** Sed quia non sufficit ] In ipsa epistola legitur: Sed non ideo castamentum meretur: non ei sufficit. Apud Ivoem vero, Sed non ideo castamentum b meretur. Non enim sufficit, &c.

**¶** Qui in eorum ] In epistola legitur, si mox prævaricatione: apud Ivoem, si in eorum prævaricatione: In Pannormia verò ut apud Gratianum.

**C. XIX. ¶** De eodem. Augullinus.

**¶** Si qui laicus iuramentum violando profanat, Regi & domino suo jurat, & postea perverse & dolose ejus regnum tractaverit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatus, quia sacrilegium peragit, in Christum Domini manum mittens, anathema sit: nisi per dignam poenitentiam satisfactionem emendaverit, sicut constitutum à sancta synodo est. id est, saculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & poeniteat omnibus diebus vite suæ: verumtamen communionem in exitu vite suæ cum Eucharistia percipiat. Episcopus vero, Presbyter, Diaconus, si hoc crimen commiserit, degradetur.

*¶ Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Bartholomæus & Ivo citant ex dictis Augustini. Simile autem habetur in concilio Toletano 18. c. 8. ex Hispania missa.*

**¶** Pars. Ut itaq; ex præmissis apparet, mendacium nec simpliciter sermone debet præferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.

**C. XX. ¶** Mentitur, qui professionem suam operibus non ostendit.

Unde Ambrosius ait in sermone habito in Dominicos de Abraham.

¶ Initium hujus sermonis est, Scitote fratres.

**¶** Cavete à fratres mendacium, quia omnes qui amant mendacium, filii sunt diaboli. & infra. ¶ Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namque est Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mendacium.

*a. Ivo part. 12. cap. 76. Pann. l. 8. c. 122. b. al. iuramentum. c. Anselm. l. 1. c. 74. Polygl. l. 6. tit. 11. Burch. l. 12. c. 21. Ivo part. 12. cap. 76. d. Pann. l. 8. c. 122.*



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

cium est, Episcopum sacerdotem vel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari.  
 ¶ **Diaboli**] In cedite Vaticano, ubi hic sermo habetur, sequitur hac, quia non solum mendax est, sed etiam & pater, & inventor ipsius mendacii est. Omnis enim simulario, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, &c.

C. XXI. ¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedat.  
 Item Hieronymus in c. 4. epist. ad Ephesios.

¶ **Q**uoties verò loquimur, aut non in tempore, aut in opportuno loco, aut non convenit audientibus, ut toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Confidemus itaque quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicii.

7 pars. Iuramentum verò clericus laico prestare non debet.  
 C. XXII. ¶ Cuiquam laico clericus nihil iurare praesumat.

Unde in Rhemensis concilio legitur.

¶ **N**ullus a ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quidquam super sacrosancta Evangelia iurare praesumat: sed simpliciter cum veritate & puritate dicat, est, non, non. Sed si est aliquid, quod sibi obijciatur, prout iudicaverint, qui eiusdem ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

¶ **Obijciatur**] Apud Burchardum & Ivonem sequitur, ad Episcopum, in cuius territorio est, deferatur; & iuxta id, quod illi, qui eiusdem sunt ordinis, dijudicaverint, aut corrigatur, aut expurgetur.

¶ **Episcopi similiter clericus iuramentum prestare non debet, nisi forte in, cui ecclesia provocationem committit.**  
 C. XXIII. ¶ Decodem.

Unde Urbanus II. ait.

¶ **N**ullus b Episcopus clericos suos, nisi forte quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.

¶ **In aliquo verisus exemplaribus finis huius causae est in vers. expurgetur, abijci autem haec verba, & sequens caput, nullus. In uno autem non modo ista habentur, sed etiam caput primum de iuramento calumnias, & constituto nova Henrica.**

CAUSA XXIII.



¶ **V**idam Episcopi cum plebe sibi commissa in haeresim lapsi sunt, circumadiocentes catholici: mini & cruciatibus ad haeresim compellere coeperunt: quo comperto, Apostolicis catholicis Episcopis circumadiacentium regionum, qui ab Imperatore civilem iurisdictionem acceperant, imperavit, ut catholicos ab haereticis defenderent, & quibus modis possent, eos ad fidei veritatem redeire compellerent. Episcopi haec mandata Apostolicis c. recipientes, convocati militibus, aperte, & per insidias contra haereticos pugnare coeperunt. Tandem nonnulli eorum neci traditi, alii, rebus suis ecclesiasticis, expositi, alii carcere, & ergastulo reclusi, ad unitatem catholicae fidei coacti redierunt.

- 1 Hic primum quaritur, an militare peccatum sit.
- 2 Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur.
- 3 Tertio, an invidia sociorum armis sit propulsanda.
- 4 Quarto, an vindicta sit inferenda.
- 5 Quinto, an sit peccatum iudici, vel ministro reos occidere.
- 6 Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.
- 7 Septimo, an haeretici sui & ecclesiae rebus sint expoliandi, & qui possidet ab haeretico ablatas, an dicatur possidere aliena.
- 8 Octavo, an Episcopi, vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, vel Apostolice, vel à Imperatorii praecipio arma movere.

a Burch. l. 2. c. 188. Ivon p. 6. c. 232. Pann. l. 5. c. 11. b Extr. de iur. c. nullus. c al. Apostolica. d al. sine Imperatorii.

QVAESTIO I.

¶ **Q**uid militare alienum videatur ab Evangelica disciplina, hinc videtur posse probari, quia omnis militia vel ob injuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta: injuria autem vel à propria persona, vel à socio repellitur, quod utrumque Evangelica lege prohibetur. Cuiusmodi dicitur: a [Si quis te percussit in unam maxillam, probe ei & alteram] & iterum: [Qui angariaveris te mille passus, vada cum eo duo milia.] Item cum Apostolus dicat: b. [Non vos defendentes, charissimi, sed date locum irae:] quid aliud prohibetur, quam propria persona injuriam repellere? ¶ Item, cum Petrus gladio magistrum descendente, Christus dixerit: c [Convertite gladium tuum in vaginam: an putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum] denique sicut de B. Andraea legitur d, cum fieret concussus populorum, ut de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab ipsius mortis illum defenderent, ipse contra & exemplo & verbo quantum docens, rogabat eos non suum martyrium impedire: quod aliud monetur, quam sicut propriis, ita & factorum iniurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animum preparare? ¶ Item, cum in proverbij 1. dicitur: e [Misi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus] Item, cum in Evangelio dicitur f [Nolite iudicare, & non iudicabimini.] Item, g cum paterfamilias dicat servi voluntibus colligere & arva: [Domite utraque crescere usque ad messonem; & tunc dicam mesforibus, colligite & arva, & alligat in fasciculis ad comburendum.] ¶ Item cum Rex ille, qui impietas fecerat filios suos, missis exercitibus suis, angelorum videlicet, dicitur perditurus homicidas Prophetarum, & Apostolorum, qui vocati ad nuptias venire contempserunt credendo: item cum Paulus Apostolus dicat in epistola ad Romanos: h [Nolite iudicare invicem.] Item: [In qui es, qui iudicas alienum servum à suo Domino fiat, aut cadit. Si te opprimitis, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & vivorum, & mortuorum dominatio.] In his omnibus quid aliud praecipitur, quam ut vindicta delinquentium deum referretur exanimi? Cum ergo, ut supra dicitur, militia videatur instituta vel ob injuriam propulsandam, vel ad vindictam inferendam, utrumque autem lege Evangelica prohibetur, apparet, quod militare peccatum est.

¶ **In proverbis**] Sententia, illa saepe quidem pro loco usurpata: sed non habetur in libro Proverborum. Affertur à B. Paulo ad Rom. cap. 12. (conjunctè cum alia sententia ex c. 11. Proverb. & ad Hebraeos 10. Deut. c. 32.) In Cantico, sic scriptum est. Mea est ultio, & ego retribuam.

C. I. ¶ Bella carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt.  
 Hinc etiam Gregorius ait i.

¶ **N**isi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent, nunquam, ut opinor, Iudaeorum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in ecclesiis fuissent ab Apostolis traditi. Quod enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu: [Pacem & meam do vobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apostolum 1. jubetur & dicitur: [Non vosmetipsos vindicantes, sed magis injuriam accipite, & magis fraudem patimini?] Unde denique sciens, Apostolus, nulla nobis jam ultra bella esse carnaliter peragenda, sed animae certamina contra spirituales adversarios desudanda, velut magister militum, praecipit dat militibus Christi, dicens: [Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus astutias diaboli.]

a Matth. 5. b Roman. 12. c Matth. 26. d In martyrii epist. e Deutorum 32. Roman. 12. f Matth. 7. g Matth. 10. h Roman. 12. i Origenes homilia 15. super Iosue. k Iuan. 14. l 1. Corinth. 6.